

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Humilitas h
cum uariis

Quisquis cupit diuinitatis tenere fastigia, humilitatis yma sectetur. Quicumque uult fratrem preuenire regnando, prius illum preueniat obsequendo, sicut ait Apostolus: Honore inuicem preuenientes. Vincat eum officiis, ut possit uincere sanctitate. Si enim te non lesit frater, obsequium meretur ut diligas; quod si forsitan lesit, magis obsequium meretur ut uincas. Hec enim nostre Christianitatis summa est, ut amantibus uicissitudinem ledentibus pacienciam rependamus. Qui ergo fuerit pacientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno.

Ambrosius in sermone quodam.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Humilitas h] Humilitas i P V¹ V² L¹ L²; quisquis] quicquid M; cupit *om.* (*cor. in marg.*) B; humilitatis] humilitas L²; forsitan] forte C; iniuriam] is *add.* V² L¹ L²; sermone quodam] quodam sermone P V¹ V² L¹ L²; quodam *om.* C